



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum sit una tantum, uel plures.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

rationes. Primò quidem, quia per legem dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad ultimum finem, & siquidem homo ordinaretur tantum ad finem, qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis, non oporteret quod homo haberet aliquid directiuum ex parte rónis supra legem naturalem, & legem humanitus positam, quæ ab ea deriuatur, sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis æternæ, quæ excedit proportionem naturalis facultatis humana, ut supra habitum est, ideo necessarium fuit, ut supra legem naturalem, & humanam dirigeretur etiam ad suum finem lege diuinitus data. Secundo, quia propter incertitudinē humani iudicii, præcipue de rebus contingentibus, & particularibus, contingit de actibus humanis diuersorum, esse diuersa iudicia, ex quibus etiam diuersæ & cõrariæ leges procedunt. Vt ergo homo absque omni dubitatione scire possit, quid ei sit agendum, & quid uitandum, necessarium fuit, ut in actibus propriis dirigeretur per legem diuinitus datam, de qua constat, quod non potest errare. Tertio, quia de his potest homo legem facere, de quibus potest iudicare; iudicium aut hominis esse non potest de interioribus motibus, qui latent, sed solum de exterioribus actibus, qui apparent, & tamen ad perfectionem uirtutis requiritur, quod in utrisque actibus homo rectus existat: & ideo lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficienter interiores actus, sed necessarium fuit, quod ad hoc superueniret lex diuina. Quarto, quia sicut Aug. dicit in 1. de lib. arb. Lex humana non potest omnia, quæ male sunt, punire, uel prohibere, quia dum auferre uellet omnia mala, sequeretur quod etiam multa bona tollerentur, & impediretur utilitas boni communis, quod est necessarium ad conuersationem humanā. Vt ergo nullum malum improhiberetur, & impunitum remaneat, necessarium fuit superuenire legem diuinā, per quam omnia peccata prohibentur. Et iste quatuor causæ tanguntur in Psal. 18. ubi dicitur. Lex dñi immaculata, id est, nullam peccati turpitudinē permittens: Conuertens animas, quia non solum exteriores actus, sed etiam interiores dirigit: Testimonium dñi fidele, propter certitudinem ueritatis, & rectitudinis. Sapientiam præstans paruulis, in quantum ordinat hominem ad supernaturalem finem, & ditinum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod per naturalem legem participatur lex æterna secundum proportionem capacitatis humanæ naturæ, sed oportet ut altiori modo dirigitur homo in ultimum finem supernaturalem, & ideo superadditur lex diuinitus data, per quā lex æterna participatur altiori modo.

AD SECUNDVM dicendum, quod consilium est inquisitio quedam, unde oportet quod procedat ex aliquibus principiis. Nec sufficit, quod procedat ex principiis naturaliter inditis, quæ sunt præcepta legis naturæ propter prædicta, sed oportet quod superaddantur quedam alia principia, scilicet præcepta legis diuinæ.

AD TERTIVM dicendum, quod creature irrationales non ordinantur ad altiorē finem, quæ sit finis quæ est proportionata naturali uirtuti ipsarum: & ideo non est similis ratio.

¶ Super quæ stionis
91. arsculum quin-
tum.

ARTICVLVS V.

Utrum lex diuina sit una tantum.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur, quod lex diuina sit una tantum. Vnius enim regis in uno regno est una lex, sed to

tum humanum genus comparatur ad Deum, sicut ad unum regem, secundum illud Psalm. 46. Rex omnis terre Deus est, ergo est una tantum lex diuina.

¶ 2. Preter. Lex omnis ordinatur ad finem, quem legislator intendit in eis, quibus legem fert: sed unum & idem est, quod Deus intendit in omnibus hominibus, secundum illud 1. ad Timot. 2. Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, ergo una tantum est lex diuina.

¶ 3. Preter. Lex diuina propinquior esse uidetur æternæ quæ est una, quam lex naturalis, quæ reuelatio gratiæ, quam cognitio naturæ, lex naturalis est una omnium hominum, ergo magis lex diuina.

SED CONTRA est, quod Apосто. dicit ad Hebr. Translato sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat: sed sacerdotium est duplex, ut ibidem dicitur, scilicet sacerdotium Leuiticum, & sacerdotium Christi, ergo etiam duplex est lex diuina, scilicet uetus, & lex noua.

RESPON. Dicendum, quod sicut in primo dicitur, est distinctio est causa numeri. Dupliciter autem inuenitur aliqua distingui. Vno modo, sicut ea que omnino specie diuersa, ut equus & bos. Alio modo, sicut perfectum & imperfectum in eadem specie, sicut puer & uir: & hoc modo lex diuina distinguitur in legem ueterem, & legem nouam. De Apосто. ad Galat. 3. comparat statum ueteris statui puerili existenti sub pedagogo: statum nouæ legis comparat statui uiri perfecti, qui iam est sub pedagogo. Attenditur autem perfectio imperfectio legis secundum tria, quæ ad legem pertinent, ut supra dictum est. Primo enim ad bonum ad finem, ut supra dictum est: quod quidem esse duplex. scilicet bonum sensibile, & terrenum, & bonum ordinabat directe lex uetus. Unde statim in principio legis inuitatur populus ad regnum celorum Chanæeorum. Et iterum bonum intellectuale & celeste; & ad hoc ordinat lex noua. Unde Christus ad regnum celorum in suæ predicationis principio inuitauit dicens. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Matt. 4. & ideo dicitur in 4. contra Faustum, quod temporalium promissiones in testamento ueteri continentur, uetus appellatur: sed æternæ uitæ promissio ad pertinet testamentum. Secundo, ad legem pertinere rigere humanos actus secundum ordinem iustitiæ, quod etiam superabundat lex noua legi ueteri, ut res actus animi ordinando, secundum illud Mat. Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam Scribæ & Pharisæorum, non intrabitis in regnum celorum, & ideo dicitur, quod lex uetus cohibet manus uia animi. Tertio, ad legem pertinere inducere homines ad obseruantias mandatorum, & hoc quidem uetus faciebat timore penarum; lex autem noua hoc per amorem, qui in cordibus nostris inuenitur per gratiam Christi, quæ in lege noua conseruatur in lege ueteri figurabatur: & ideo dicitur Aug. Adamantium Manichei discipulum, quod beneferentia est legis & Euangelii, timor & amor.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod si quis familias in domo alia mandata proponit, quæ ad adiutis: ita etiam unus rex Deus in uno suo regno

95. ar. 5.

Cap. 6. circa
finem, præci-
pue to. 1.

In 6. 107. 2. articulo 5. sicut nec in quarto nihil occurrit scribendum. In quaestione si quis in 107. insertus patebunt si

legem dedit hominibus adhuc imperfectis existenti
bus, & aliam perfectionem iam manu ductis per prio
rem legem ad maiorem capacitatem diuinorum.

AD SECUNDVM dicendum, quod salus hominum
non poterat esse nisi per Christum illud Actuum.
4. Non est aliud nomen datum hominibus, in quo
oporteat nos saluos fieri, & ideo lex perfecte omnes
ad salutem inducens, dari non potuit nisi post Chri
sti aduentum: antea uero dari oportuit populo, ex
quo Christus erat nasciturus, legem preparatoriam
ad Christi susceptionem, in qua quaedam rudimen
ta salutaris iustitie continentur.

AD TERTIVM dicendum, quod lex naturalis di
rigit hominem secundum quaedam pracepra com
munia, in quibus conueniunt tam perfecti, quam
imperfecti; & ideo est una omnium. Sed lex diuina
dirigit hominem etiam in particularibus quibusda,
ad quae non similiter se habent perfecti & imperfe
cti: & ideo oportuit legem diuinam esse duplicem,
sicut iam * dictum est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sit aliqua lex fomitis.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod
non sit aliqua lex fomitis. Dicit enim Isidorus
in 2. Ethym. quod lex ratione consistit: fomes autem
non consistit in ratione, sed magis a ratione deu
iat, ergo fomes non habet rationem legis.

¶ 2. Præ. Omnis lex obligatoria est, ita quod qui eam
non seruant, transgressores dicuntur: sed fomes non
constituit aliquem transgressorem ex hoc, quod ipsi
non sequitur, sed magis transgressor redditur, si quis
ipsum sequatur. ergo fomes non habet rationem legis.

¶ 3. Præ. Lex ordinatur ad bonum commune, ut * sit
pra habitum est: sed fomes non inclinatur ad bonum
commune, sed magis ad bonum priuatum, ergo fo
mes non habet rationem legis.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit Ro. 7. Video legem
esse aliam in membris meis, repugnantem legi mentis mee.

RESPON. dicendum, quod sicut * supra dictum est,
Lex essentialiter inuenitur in regulante & mensura
te, participatiue autem in eo quod mensuratur & re
gulatur: ita quod omnis inclinatio, uel ordinatio, quae in
uenitur in his quae subiecta sunt legi participatiue, di
citur lex, ut ex * supradictis patet. Potest autem in his
quae subduntur legi, aliqua inclinatio inueniri dupli
citer a legislatore. Vno modo, in quantum directe suos
inclinat subditos ad aliquid, & interdum ad diuersos
actus, sicut quae modum potest dici, quod alia est lex militum, &
alia est lex mercatorum. Alio modo indirecte, in quantum
scilicet per hoc, quod legislator destituit aliquem sibi
subditum aliqua dignitate, sequitur quod transeat in
alium ordinem, & quasi in aliam legem, puta, si miles
ex militia destituatur, transibit in legem rusticorum,
uel mercatorum. Sic igitur sub Deo legislatore diuer
se creaturae diuersas habent naturales inclinationes,
ita ut quod uni est quodammodo lex, alteri sit contra
legem, ut si dicatur, quod furibundum esse, est quodammodo
lex carnis: est autem contra legem ovis, uel alterius ma
sueti animalis. Est ergo hominis lex, qua sortitur ex
ordinatione diuina sicut propriam conditionem, ut sicut
rationem operetur: quae quidem lex fuit tam ualida in
primo statu, ut nihil uel praeter rationem, uel contra
rationem posset subreperere homini: sed dum homo
a Deo recessit, incurrit in hoc, quod feratur secundu
m impetum sensu alitatis. Et unicuique etiam particula
ritate hoc contingit, quanto magis a ratione recesserit,

A ut sic quodammodo bestiis assimilatur, quae sensua
litate impetu feruntur, secundum illud Psal. 48. Ho
cum in honore esset, non intellexit, comparatus est
iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sic
igitur ipsa sensualitate inclinatio, quae fomes dicitur,
in aliis quidem animalibus simpliciter habet ratio
nem legis, illo tamen modo, quo in talibus lex dici
potest secundum directam inclinationem legis. In
hominibus autem secundum hoc non habet rationem
legis, sed magis est deriuatio a lege rationis: sed inquae
tum per diuinam iustitiam homo destituitur origi
nali iustitia, & uigore rationis, ipse impetus sensua
litate, qui eum ducit, habet rationem legis in quantum
est penalis & ex lege diuina, consequens hominem
destitutum propria dignitate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit
de fomite secundum se considerato, prout inclinat
ad malum: sic enim non habet rationem legis, ut
dictum est, sed secundum quod sequitur ex diu
ne legis iustitia; tanquam si diceretur lex esse, quod
aliquis nobilis propter suam culpam ad seruilia ope
ra induci permetteretur.

AD SECUNDVM dicendum, quod obiectio illa pro
cedit de eo quod est lex quasi regula & mensura: sic. n.
deuantes a lege transgressores constituuntur. sicut autem
fomes non est lex, sed per quandam participationem,
ut supra dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit
de fomite quantum ad inclinationem propriam,
non autem quantum ad suam originem: & tamen si
consideretur inclinatio sensualitatis prout est in alijs
animalibus, sic ordinatur ad bonum commune, id
est, ad conseruationem naturae in specie, uel indiui
duo. & hoc est etiam in homine, prout sensualitas
subditur rationi: sed fomes dicitur, secundum quod exit
rationis ordinem.

QVAESTIO XCII.

De effectibus legis, in duos articulos
diuisa.

DE INDE consideran
dum est de effectibus le
gis.

ET CIRCA hoc quaeruntur
duo.

¶ Primo, Vtrum effectus legis sit
homines facere bonos.

¶ Secundo, Vtrum effectus legis
sint imperare, uetare, permitte
re, & punire, sicut legisperitus
dicit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum effectus legis sit facere
homines bonos.

AD PRIMVM sic proceditur. Vi
detur, quod legis effectus
non sit facere homines bonos.
Homines enim sunt boni per uir
tutem. Virtus enim est, quae bo
num facit habentem, ut dicitur in
2. Ethim. sed uirtus est homini a so
lo Deo. ipse enim eam facit in no
bis sine nobis, ut supra dictum est
in definitione uirtutis. ergo legis
non est homines facere bonos.
¶ 2. Præ. Lex non prodest homini

¶ Super questionis
92. articulum pri
mum.

IN arti. r. quae. 92.
dubium occurrit
circa rationem ex eo,
quod aut falsum as
sumit, aut intentum
non infert. Propositio
nanque fundans ra
tionem literae est ista,
Virtus cuiuslibet sub
diti est, ut bene sub
ficiatur principanti.
haec autem proposi
tio aut intelligitur
formaliter de subdi
to, in quantum subdi
tus, aut materialiter
de eo qui est subdi
tus. Si formaliter,
propositio est uera:
sed non infert, nisi
quod lex facit subdi
tos, in quantum sub
ditos, bonos: hoc au
tem non est facere
homines bonos, quia
sicut aliud est esse
hominem, & aliud
esse subditum: ita
alia est bonitas ho
minis, & alia est bo
nitas subditi. & ta
men titulus articu
li querit, an sit legis
facere homines bo
nos:

In cor. ar.

In corp. ar.
& q. 90. ar. 1

Infr. ar. 2. ad
4. & 2. contra
C. 116. q. 2. &
Ro. 10.

Ca. 6. in pri.
m. & 5.
q. 55. ar. 4.